

pharmacum; diabolus ex medicina elicit altu venenum. Unde contigit ut cum in illo signum sanjatis haberent, uti Numen sacrilegi capitone adorarent. Ezechias ut occurreret scandalo, & iam insolito; *Conferat serpentem anem, quem fecerat Moyses: sicutem usque ad illud tempus filij Israel adolebant ei incensum: vocavitque nomen eius Nohesfan. Id est, Nihil, vel Serpentulum.* Nihilofcius ut homo redeat frugi, debet fieri cum Veneris pulchritudinis ac deliciarum imagine: minimè sane adoleret incensum, modò rationis obtineretur iudicium: equidem dum plaudant serpentis formam, & insignem venustatem; queunt cogitare adorare serpentem. Omnes, serpentes & fugiunt & fugant. Infatuati, quasi fascino adorant, & prompta in malitiam natura; quippequam placet adorare venena. Serpens erit, & tunc virulentus, ubi cultus: Ezechiatque contringendo tulit cultum, ne per adorationem, uti serpens iacularetur venenum. Contregit, comminuit: verum cur nomen mutavit? Ut vel memoria evanesceret, dum ex despectu etiam comminuta imago; etenim in eo qui ne adoret, ex corde serpentem fugerit; nihil prorsum remanere debet. Nil, quod ad Veneris speciem: figure, serpentis, concupiscentiæ & demùm blanditiarum neque nomen.

17 A Chartario ex Dante affabre pingitur. *Vosupatem fe vialle fingit: & illam describit mulierem balbam (ait de Imagin. Deorum, pag. 248.) strabam, pedibus distortam, mutilis manibus, palliao colore; quæ postea expeditæ loqui inciperet, in pedes se erigeret, vultuique eos colores induceret, quos amor vellet: ab eaque se dulcissimis verbis illucendum fuisse; nisi statim Dea quadam sancta (Callitas) atque honesta astisset; quæ alteri comprehensæ vestes abscessisset: quæ tantum factorem ex se emittebat, ut somnum ademerit.* Hæc imago, quæ adoratur pronopectore, previa maxime occasione; larvatis insidijs, specie delictosa voluptatis; vulnerantis præcordia dulciffella sagitta; ex qua non blanditiæ sed crucianina, dolos indicante dolore, converso in odium, quicquid rapuerat affectum: igitur pulchritudinem cognoscentes serpentem, nec placet audire nomen. Deliquit Adamus, serpentis deantatâ tulle suggestione; degultando fructum vetiti ligni; hincque penas amarissimo planetu, à Numine vindice eiectus è paradiso; & ne audacter regredi posset, ostium pervium flammæ gladio per Cherubim vigilantem emittentis. Sic Cherubim coram Addam collocavit, *Ad custodiendam viam li-*

4. Reg 18. a.

In vrb pan-tu dinem velup a tu regre nonn.

Imago laictia, seu co iustitia. Chartar

Gencl. 3 14.

gni vitæ. Quippini ad custodiendam viam ligni scientiæ boni & mali, ex quo acceptat vulnus? Ad illud nec erit ausus. Sagittam intemè sensit, de vulnere doluit & non præcætur via ad arborem scientiæ, sed tàm tantam vitæ; quoniam ex illa tantam accepti cladem, & inflinebat dolorem; ut ad illam accedere, numquam veniret in mentem. Ibi & serpens & transgressionis in vulnus occasio; propter quæ saucius exivit à voluptatis horto: & ita lacer, miser, deiectus ex occasione per expulsionem evasit, ut quamvis haberet occasionem fugeret. Viam vitæ, non scientiæ, ubi mentita est iniquitas sibi, dum serpenti credidit; atque elusio & infusio à felicitate ruit. In hocce lignum haud necessaria custodia; et removere vulnera: cavebitque regerer tramitem, ne iterum videat in occasione serpentem.

18 Fugiet: haudquaquam miser degeret, modo in occasione, dracone præsentè, in salutem fecisset. Ut inique agant luxuriosi laborant, & semper captant: minimèque laborarent, si in horto voluptatis serpentes fugerent. Si volarent, non deicerent: etenim appetitus avolat, si impetices volat. Dixi: *Quis dabit mihi pennas sicut columba, & volabo & requiescam?* Sic avet, qui corrui, quia non volavit: igitur cadet fragilitas, ni in effugium per fugam sumptis alas. Pennas, non utcumque, sed ut columba. Huius volutus pennix: & quamvis cor Venerem & occasionem fugerit; subibit sane periculum, ni fuerit actutum. Haud labor est volare: labor & dolor, manere; quippe sub delictarum illecebra, in dolorem & dolorem multiplicantur vulnera: fugientque dum volat triumphat; quæ per volatus laborem, invenit laboris requiem. Oculis meretricis laqueus amatoris est: subdit Ambrosius d. In amore & in amorem oculi profecto daces.

Oculi vix se sedibus retinent: Inquit Senec. in Oedip. v. 959. Illustratque multiungi eruditione Delr. hte in *Herculi. Oetæo*, v. 453. Quare qui fugit, luminum in lumen sollicitè obsecutitatem, & umbram; ne oculus falax depræderet animam.

19 Ita Iobus de se dicit: *Pepigi fedus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine.* Si virgo excusaret visum, excusaret & scandalum, oculorum ostendiculum. Fedus cum oculis pangitur, ne aliquid dedecus de virgine cogitetur: Iobusque vel oculis negat fidem, quia non oculis credendum erga virginis honorem. Multoties oculi sunt talsi testes, quippe decipiunt colores: neque cogitandum, iudicandumve iuxta

Exilat volutat ubi dolos vi acer. bita.

Oculorū ne effa ria Cuflo dia, ne vvin-re-tur ani ma.

Pf. 54.

7. Fuga & prompta ad versus eius vinnera.

Curiofitas hostis captivitat

Ambro

Senec.

Iob. 14 1.

Virgo va ga veni ris pati- tur dede- cora. Facilitat tenera- vria iudi- ciorum.

Curiofi- tas hostis captivitat

iuxta oculorum obiecta; quippe plerumque sunt iudicia temeraria; lobusq; ne cogitaret quicquam cum oculis pepigit; quippe cautos non secundum vilionem oculorum iudicabit. Feriat ergo cum oculis pactum, ne cogitationis innotescat præcipitium: etenim verba præcipitationis; si fiant in honorem Virginis iudices, qui ad iudicium dumtaxat admittuntur ut testes. Demùm: Pactum ne cogitaret, cum oculis icit. Verum quid oculis ad cogitationem? Sunt via & pervia ad patrandam iniquitatem; quippe ex oculorum delicijs, corda deveniunt statim in retia Veneris: pactumque cum oculis fit, ut à femina habeat longissimè mens: equidem gaudebit plene beneficio libertatis, modo illicet relegerat occasio cogitationis. Cogitationi congruit deliberare: oculus, tantum sentire. Quid mirum si fadus cum oculis faciat? Cum oculis, ne sentiat, per quæ consentiat; igitur remotis & occasione & occasiois periculo, de femina ad blandimina cordis neque cogitatio.

20 Totus focus Veneris ex malignitate facilis curiositatis. Unde Monachis commendat N. Patriarcha Gloriosus, cap. 4. 5. *Regul. tres insignes gloriam: Castitatem, felicitatem, amorem, delicias non amplecti, & desideria carnis non perficere:* etenim ex delicijs pullulant, ac repellunt inanes virulentæ cogitationes; ex quibus ut sagitta iacularent desideria; in anima lethifera immedicabilia vulnera: perficiuntur enim ministrice curiositate usque in toxicum; ni ut castitas servetur & observetur, fiat sollicitè cum oculis pactum. Florebit utique cordis puritas, corporis castitas, si relegerit oculorum curiositas, atque secentur desideria in cupidinis delitias. Graphicè atque floride Gabr. Bugnotius hic:

Hic ne pone ped. quò ducit iniqua voluptas: Quò vocat & mentes insidiosus amor. Ipse volat puram faciat cum corpore mentè; Disque parum servet virginis atis honos. Effuge delitias.

De Heli dicitur: *Oculi eius caligaverant, nec poterat videre.* Post describitur Argos: *Heli sedebat contra viam spectans.* Spectans? Quid spectabat, si videre oculorum caligine non valebat? Hebr. *Speculans.* Cæcus sagragebat videre præ curiositate, vel dum caligabant oculi iudicans cordis desideria vana & futilia in cordolia, & simul indicantia futuram lapsum, ac ridiculum propositum etenim si videndo infirmam ostenderet mentem; non videndo, curiositatis inepte demonstrabat cæcitatem. Signat amentiam Iuvenal. *Satyr. 4. v. 114.* succinens:

Grande & conspicuum nostro quoque tempore monstrum,

Qui nunquam visus flagrabat amore pulla, Cæcus.

Non fecit cæcus præ luxuria ac mortifera curiositate, fatagens speculari, quod lege ac professione non potest videre: tuncque melius videt, dum lumina in vitum factò federe claudit. Audiatyr Syrus in *Mimis*, à n. 67.

Bis interimitur, qui suis armis perit. Gravissimum est imperium consuetudinis. Effugere cupiditatem, regnum est vincere.

DIDASCALIA V.

Singulare opus Numinis, Conceptio Virginis-Matris.

1 Quæ iuxta Bernard. in *Pentecost. serm. 2. n. 4.* fuit *Negotium saculorum*, & in sæculo purissima apparuit; in præsentè Didascalia nobis negotium fasset. *Opus Dei à Bonaventur.* plauditur, cap. 7. in *Specul.* Opus Dei explicare, prorsum difficile: quid crit ergo dum obijcitur florens opus singulare? *Pulchra pulchritudine divina* (inquit Rupert. lib. 6. in *Cantic.*) *Tota pulchra est & ex toto;* ut clare non humana in humanis, sed divina pulchritudo: etenim si ex humanis decor, haud sine novo nitor; & in humana fulget pulchritudo divina: quippequam pulchra sine macula, tota: & etiam ex toto singularis pulchritudo; siquidem si venulstas à gratiæ splendore, pulchra tota à primo conceptionis instantè.

Mirificis purum virtutibus æthera vincit, Quæ sine labe patrum concipienda foret. Sin aliter fieret, fortasse nota anda fuisse, Vel minus illa merens, vel minus ille patris. Accinit Benavid. *Honor. succisio. lib. 1. Epigram. 11.* Elucet opus Dei, & decus nostri miserini generis.

2 Verum in quo singularitas operis? In perfectionis summa, ut dicit principalis Tautologia. Cum venerit factum caro, Verbum Dei, dicitur per Prophetam, *Ervens liberavit nos.* Quorsum, dicitur; *Liberabit ervens;* cum nemo sit, qui dum liberat à periculo non eruat? Quia singulariter potest esse libertas, quin sit periculum. Est de gratia hominibus conferenda sacrum arcanum. Hinc Virgo-Mater à Germano Constanti-nopol. in eius *Nativitat. figuratur.* *Totius prophetia clarissimum complementum, novissime*

Iuvenal

P. Syr.

Bernar.

Virgo quare in puri sinu are Deit Bonav.

Rupert. Cantic. 4. 7.

Eius cur. dicitur pulchritudo ale vinal

Benavid

Isai. 36. 15.

In con- ceptione quemodò à cri-mi- ne libera- & non ere pta

testamenti sigillum. Reliquos homines Numen erucis liberat gratia; quia illos invenit in originis culpa: Matrem liberavit, sed non eruit: equidem cum eius esset opus singularare, ornandum eximia singulari pulchritudine; effulset gratia singularitas ubi concessa libertas, quin erueret ex catenis; quia gratiam singulariter obtinuit a principio animationis. Alios eripuit & eruit. Virginem liberavit, quin eriperet. Eripe me & salva me: inquebat David. Gratiam liberatricem exoptat in servitutis generali catena. Erga Matrem est summa differentia pro conferenda gratia: quae a primo instanti conceptionis fuit: igitur Virginem virtus filij salvam fecit, quin a catenis eriperet. Infecta radice Adami germinamus in vitam, sed veneno mancipati, cum demoni servitute; quousque gratia e vinculis liberet, qua libertate Christus non liberavit. Nos subsequente conditionem gratia. Virgo, gratia comitante conditionem; ut ex praeveniente charismate libertatis, prodigium splenderet Conceptionis: etenim singularare, quod Virgo e radice infecta, a primo instanti pulcherrime sine macula. Formosa est; quam cum exilissima tota, omnes vincit Charites & omnes una. A servitute immunis: maculis nec discolor atris. Virgo fulges singularis. Nulla immunda tuum per corpus macula fluxit. Inter controversias Rhetoris, M. Seneca in Excerpt. lib. 6. tertia est huiusce tenoris: Quia cum haberet legitimum, alium ex ancilla suscepit, & decessit. Lex erat, ut maior frater divideret patrimonium, minor eligeret. Maior sic dicitur, ut totum patrimonium ex una parte poneret, ex altera notum matrem. Minor elegit matrem. Crisostomus sic dicit: Nota fuit pietas in matre. Non timuit, ne eligere possem alteram partem: Habes enim partem quam voluisti, & in patrimonio tantundem habes: dicitur filio, libertatem matris habentis, pro patrimonium. Iter discipulatur huiusmodi thesi, ut palam fiat quid electum in conceptione Mariae. Pater caelestis ab initio habuit Filium unigenitum, eundem habuit ex ancilla, quasi in alieno natum. Unde ille servi formam accepit, Patrique dixit: Ego servus tuus, & filius ancillae tuae. Illa vero: Ecce ancilla Domini. Patrimonium dividendum ad filij ex ancilla placitum: quapropter illi dicitur: Postula a me, & dabo tibi gentem hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae quia Filius meus es tu, & dilectus & charissimus, etiam ex ancilla

2. Cor. 1. 10. Pl. 48. 3.

Galat. 4 31. Ex toto pulchra atque tota sine macula.

Quintian.

M. S. acc.

Pl. 115. 16.

Luc. 1. 38.

susceptus. Si eligeret patrimonium, mater maneret sub aliena potestate ac servitute; & in patrimonium ab instanti conceptionis elegit quam praegerat genitricem, demonstrans & amorem & pietatem, quippe quam que futura ancilla Domini, numquam futura sub colubri servitute. Patrimonium filij plauditur a Marracio, Polyant, Marian, lit. P. Dum patrimonium divisum, in genitrice filius habuit totum patrimonium: fecitque prerogativa gratia, & praecedentis virtute, ne contraheret servitutem nec in ipsa conceptione. Nota fuit pietas in matrem, habuitque ex electione hereditatem potiorum; probans ancilla esse filium, quin aliena servitutis posset ostendit chiregraphum: igitur nequibat esse serva sub ullius maculae vi; quae semper ratione gratiae fuit sub servitute Dei. Filius Gentium hereditatem postulavit, & Pater in gratiam dedit. Verum cum discernere, quia quos invenit in servitute, eripiens eruit in statum gratiae: at cum matrem inter gentes patrimonium elegerit; quin eriperet, ut ancillae filius in libertatem eruit: etenim si ceteri ex possessione, erepti liberantur, postquam nascuntur; mater, uti patrimonium filij gavisa est gratia singulari libertate, vel in ipsa conceptione. Mira in reliqua hereditate libertas per gratiam, postquam gustant servitutis catenam: gratia excellentior erga matrem, ne unquam, nisi Dei, sustineret servitutem. Omnes in Adamo serpens corruerat, & totam stirpem tamquam in radice vitiaverat. In illo etiam Virgo, cuius mira conceptio: equidem illius habuit conditionem in corpore; quin corpore traheret succum radice amare: imo ut triumphum esse maior, ac in esse naturae amplior puritatis decor; corpore (ex Adamo, concepto) vicit antiquum virulentum serpentem, qui astu & blanditijs dolosis iam vitiaverat radicem. Exitium fructus vitiae tulit arboris orbi: Ast opifex rerum sortem miseratus acerbum, Consuluit simul sentibus arte pius. Iam enim serpens per feminam victum iri praescierat; sed per quam & quomodo & quando penitus ignorabat: ut cum de cunctis, an forsitan suspicaret, multoties qui timidus, timidus perimeretur. Sic enim audit: Ipsa conteret caput tuum; & apud Alcim. Avit. Genesios, lib. 3. a v. 138. Erit ut sexum muliebrem praevenit adores: Conterat una caput tandem tibi femina virgine. His quasi fulmine pungitur, ac in spiras impatienter volvebatur; scire fatagens per quam

Cur dicitur filij patrimonium

Marracj

Habuit corpus ex Adamo sine carnis partem veneno

Benaz vid. da

Geo. 3. 15.

Alcim. Avit.

Serpentis superata, qui illam vicerat.

Briet. 4. Pe. Tom. 4. Coronol.

Ravil. Text.

Math. 1. 6. Benav. d.

Rom. 8.

Vicit Christi sui damnamem, eisdem armis, quos hic subegerat hominem

quam & quomodo & quando: totumque factum, ubi Virginis immaculata conceptio; quippe praesit calcans pede serpentem, & eisdem armis, quos serpens vicerat patrem. De puella virgine, in qua insigniter floruit virtus, Breucius refert illustrissimum facinus. In arbis expugnatione inito certamine, ab adversario caesus civis & mortuus multis impactis vulneribus. Aderat conflictus spectaculo, fato sancti filia virgo; qua brachij agnoscens virtutem, atque formidinis ignorans pallorem; praevenit interfectoris patris in vindictam, armorum insignia, formam, figuram & celsorem: armisque sumptis ex frigido patris cadavere, in pugnam fortiter occurrit hosti, de triumpho parto, & gloriose & superbe inflorescente. Verum in certamine deveniens, virtute valens, peremptorem incine percussit, ab equo deiecit, pede cervicem calcavit; ut experiretur eisdem armis & vindicem & vietricem, cuius fallacis interfecerat parentem; postquam propaliosae contraxit indelebile dedecus; quod sic iaceret, & a femina victus. Movet spectacula femina mollis, Et domus imbellis femina servat. En specimen triumphum Virginis-Matris in articulo purissima conceptionis; mirifice doctae a filio (qui nova bella elegit, ac in ovationem ixit) cuius praeliandi, ac vincendi fulsit ars; quo intuita dicitur: De qua natus est Iesus. Mutuus id genitricis honos, natiq; requirit Gratia, maternum testificata secus. Videamus ergo in modo praeliandi Salvatoris artem, ut simul ad trophaeum celeberrimus genitricem, Refert Paulus. Deus filium suum (ait) mittens in similitudinem carnis peccatis (id est peccatrici) & de peccato damnavit peccatum in carne. Quid, si in carne Christi peccatum nullum, in ea de peccato damnavit peccatum? Deinde, si plenus triumphus illi de exactore; unde victoria signatur tantum in carne? Quippe ad singularem triumphum, in carne factus ad similitudinem hominum: diabolusque amisit, qui quidem glorie obtinere poterat per certamen; quoniam in peccatrice carne, dumtaxat carnis respexit similitudinem: ideoque caecutiens diabolus victus: quia victor, ut vinceret, in similitudinem hominum factus, quin uretetur virtute potentie; ut destrueret triumphum diaboli, ex Adami transgressione. Triumphus erat, hostem vincere: maior in arte praeliandi: vicitque Christus similitudine carnis peccatrice; in propadium ac dedecus superbissimi Tom. VIII. Taut.

hostis: etenim vinci dedecus erat, eisdem armis, quos patrem in horto vicerat. Est Leonis Papae acumen. Reconciliandam Auctori suo Dei Filius (inquit Serm. 1. de Nativitate. cap. 1.) naturam generis assumpsit humanam; ut inventor moris & diabolus per ipsam quam vicerat, vinceretur. In quo conficitur pro nobis initio, magno & mirabili aequitatis iure certatum est; dum omnipotens Dominus cum sciofissimo hoste, non in sua maiestate, sed in nostra congruitate humilitate, obiciens ei eandem formam, eandemque naturam, mortuatis quidem partem, sed peccati t. eius expertem. Claret modò sensus Pauli, in encomium Salvatoris victoria, dum in carne de peccato peccatum damnavit, atque demonem tumidum in certamine vicit. Corpus Christi fuit imago corporis Adami, ramus purus ex ipsa venenata radice; quippe caro eiusdem radice, sed nequaquam eiusdem conditionis. Vidit diabolus in carne similitudinem; ex carneque praecogitavit nigredinem; quam radici per peccatum inposuit: Christusque in ipsa carne peccati peccatum arte damnavit, simulque victorem vicit: igitur victoris diaboli positus est triumpho, eisdem armis, quibus demon vicerat in Adamo. Haud plurimum, quod potentia maiestatis diaboli cadere: maxime prorsus, quod similitudine carnis peccatum carnis dcleret. Hinc interfectoris patris, radice generis, notavit insignia; ut noleceretur in pugna, cum insularum gloriaretur de victoria: & in similitudine carnis, cecidit hostis; quia a diabolo naturae victa damnata respecta similitudo, nequaquam eius conditio pro similitudine radice absque peccato. Cum ipso congruitur in nostra humilitate, ex carnis similitudine; ut non solum caderet, sed calcaretur dedecore. Naturam, praecogitans conditionem, adortur; sed per quam vicerat, vincitur: siquidem in similitudine carnis, summitas operis; quod diabolus vinceretur quibus vicerat armis. Illam suam assultit crisi. Mater nata eiusdem generis triumphum; ut carnis similitudine, peccati signo damnaret peccatum originale. Serpens in congressu insultavit radicem, perimens veneno patrem; a quo naturae humanae principium & simul toxicum, quippe serpentis morsu maculata, imo corrupta propago. Ex Adamo Virgo carnis similitudine, non crimine: Adami ex femine, non feminis conditione; quippe quam dum iniretur certamen, interfectura serpente, & calcata cervicem; cum considerasset interfectoris Ff for.

Leo Pap.

Caro in Christo pro fine, li utine Adami, quid

Cland. 4. Consul. Honor. 4. 32.

Isid. 8

Quomodo in Virgine si Adami caro datur taxat si mi iunio

formam, draconis figuram, & carnis fragilitatem, qua vicerat primum hominem. Si Virgo ex alio femine esset; non ita gloriose de hoste triumphus rutilaret. In ingressu per conceptionem in orbem; induit arma patris, quem interfecerat hostis. Similem patri arbitratum est diabolum, ubi in conceptione gratia & natura videretur conf. & as: sed decidit a cogitationibus suis, quamvis Virginem aspexit in similitudinem carnis: igitur concepta sine vulnere, sine stylla veneni, ex veneno radicis; ut splenderet magis virtus cettaminis, ut speciale opus Dei, atque puritatis flos. Prævaluit, & draco stupuit; quia quam iudicavit patris armis redactam in servitutem; triumphantem cognovit, & protoparentis vindicem: etenim ex hoste virtutis gratia in ipsa conceptione partus est triumphus, & eisdem ipsis armis, queis mortuus fuerat Adamus. Obiecit in pugna eandem formam, eandemque naturam, carnis participem, sed peccati totius expertem. Totius sane peccati & criminis, sine radicis labe; quoniam sine macula vel in ipsa conceptione. Totius peccati, vel proveniens ex carne peccatrice, dumtaxat similitudine; ut modus victoriæ cederet in stemmata trophæi: quandoquidem triumphus in natura Adami ut summus non reputatur; ni diabolus per ipsam, quam vicerat, vinceretur. Ut abunde Virgo in conceptione adipisceretur victoriam, pro armis induit protoparentis naturam, ab hoste fauciam & lesam: habens ut illum deciperet in similitudine carnis, tesseram similitudinis, tamquam filia primi hominis, uti cadaver iacentis. Noltrates: *Vencid la hija a quien vencid a su padre, teniendo en las armas la divisa rendida del primer hombre.* Illum allucinavit humana ex carne Adami conceptio; ubi ad victoriam in armis, carnis interfecti patris dumtaxat similitudo; sed virtus gratia ultra cunctatam virtutem; ut contereret caput, & conculcaret serpentem. *Ille nocens ovis primos haurire parentes Suasit; ut exitium mors atque invisa noceret. Hac Deus oppositis reparat virtutibus autem Damna, velut medicus sapiens contraria morbo.*

Soul de Conceptio ne Virg. a v. 20.

8 Inter Abulensis paradoxa, sive enigmata festiva, sequens exponendum in Virgine plausum. *Mirabilis* (ait) *res obscura & lucida, vacua & plena, germen & radix, flos & Virga.* Quid hoc? Per Virginis conceptionem, cunctis conditionibus videbimus rem mirabilem. Mira res, *Obscura & lucida*, Sic lucet Maria concepta. *Lucida* ratione gratia; *obscura*, conditione natura:

Abulens.

hæc obscurata transgressione protoparentum, serpente ingrediente virulento in paradisum. Ab his origo Virginis, verum manere gratia fulgurantis. Traducitur ex utriusque lasso femine; sed pulchra Virginis generatio ex utroque cum claritate; ut videretur mirabilis ex ferie generationis: quandoquidem in conceptione mirum, tamquam portentam; quod rutilaret gratia primæve splendore, parentes cum permanerent in obscuritate culpæ. Effulgorat quasi stella matutina in medio nebulae. Nil mirum, quod Maria, ut stella emineret luce: mirum, quod in medio nebulae, scilicet nature corruptæ: etenim si parentes tenebræ originis macularunt; vel in conceptione tenebræ eam non comprehenderunt: imò cessit in ampliorem commendationem splendoris; quod ut stella fulgeret immaculata, in medio nebulae criminis. In medio nebulae nitet, non tam stella, quam stella matutina: equidem si Manè nature conceptio est, nebula labis originariæ vis, & stella gratia lux; eius gratia profecto ut stella matutina: splenduit enim in medio nebulae ex conditione nature, fulgore ac luce singularis mirificæ gratia; vel ab ipsa conceptione. Idè additur: *Inter nebulas gloria.* In gloria nebula? Utique, ut conflaret privilegium inter cunctos filios liminum: equidem Virgini gloria, quod illi esset conceptionis claritas; cum alij iacerent inter transgressionis nebulas.

Surrexit splendenti stelle par, Inclusa pulchre nebulae.

9 De Diane Cyndiadis imagine, dicitur à Polybio, lib. 16. n. 400. quod *sub iud stantem numquam tangat pluvia, nec madet procella.* Valeat uti fictio fabula; quia in conceptione Virginis amplior effulgorat gloria: etenim si universi summerguantur tempestate primæve transgressionis in conceptione; Virgine non demerit tempestas aquæ: imò mundo naufrago, supplantationis abyso, ut lucida ex obscuritate generis rutilaret; & tanta totius orbis tempestate nec gutta tetigit. Sicut vitis fructificavit suavitatem odoris sublimis, & flores fructus honoris. Ut sint honoris, quænam vitis? *Catacecaumenes*: ait *Causin, lib. 1. Symbol. 76.* Hæc terra tota ambusta, fulgurata, ac in cinerem redacta. Hic vitis unica mirifice se explicat; etenim iucundissime fructificat; ut refert Strabo, lib. 13. n. 10. *Est ardor vitis labe, Virgo integra vitis.* Elucet flores & fructus honoris, non solum qui fructus in flore virginicitatis; sed quia vitis florebat, dum flagrat orbis. Diana

na

Vnde tunc incidit, & abscidat

Ecl. 90 50

Quanta in contra ditione gratia.

Verf. 8

Apoll. Rhod. 4 v. 773

Polyb. Imago Dianae

Virgo bu narsice flores, quæ genus arboris. Ecl. 24 23

Causin

Fecunditas gratia in fertilitate natura.

Idem.

Ex venenatis origo sine veneno.

Picinel.

Math. 3 1-46

Unde unica margarita, & pretiosa

Plutare. Car virgo in conceptione dicitur vacua & plena

na olim dicta *Diæaa*. Unde Claudian. 3. de *Laudib. Stilicon. v. 208.* succinit: *Diæaa placuerunt astra corona.* Diæta est (Virgo sine veneno) quoniam ex Creta (quod non virus serpentium) erat origo. Quod esset Virgo sine veneno serpentis, claret honor, sed amplior micat splendor, dum originem traxit ex maculata radice; ut ex ipsa conceptione opus claret singularis gratia: equidem si carere virulentia, nature cum splendore fuit gratia; amplior in gratia splendore gloria, quod ex venenatis per conceptionem existens, vel in ipsa conceptione nihil habere serpentis. De Pŷyllis (subdit idem lib. 5. *Symbol. 66.*) *Perægrium eorum corpus cum alijs comparatum admirationem habere.* Vivunt inter serpentes innoxij; & hoc prorsum in natura mirabile; quod nihil perperitavit devagantis contagionis (ex quo vita) etiam continuo, viventes inter serpentes. Symbolum obiecit conceptionis Virginis, prærogativâ purissimæ conceptionis: etenim illius amplissima claritas & peregrium corpus, ex virulentis non participans virus; cum alij iaceant infirmi, quia ipsa in origine morfi. Ab ipsis contraxit originem: meritoque illius corpus excitat admirationem; èd quod corporis immaculata conceptio, à corpore originis per serpente venenato.

10 Margarita solet exponi in indicem huiusce mylterij, cum lemmate: *vel in utero puræ;* de quo videtur Picinell. 12. *Mund. Symbol. n. 245.* Idem dici quibat de Baptista. Est Virgini maior gloria. Queruntur ergo bonæ margaritæ à celesti mercatore: quapropter de illo dicitur: *Inventa autem una pretiosa margaritâ, emit eam.* Quare si bonæ quæritæ & sedulo margaritæ, haud nominantur pretiosa? Quia una tantum inventa, quæ pretiosa margarita. Sunt autem vel intra concham margaritæ bonæ, ratione gratia concessæ. Cum deformitate transgressionis feminis concipiuntur; & aliquando uti Ioannes, intra conche clausuram purificatur: Virgoque non solum dicitur bona: sed pretiosa margarita; quia non solum pura sine ullo crimine nata, sed & concepta. Hinc pretiosa, hinc una: equidem illa sola sine ullo vestigio maculae, vel ab ipsa conceptione. Iam ergo intelligitur, unde *vacua & simul plena.* Narrat Plutare. de *Gloria Ateniensis*, partâ victoriâ apud *Famagustam, Lunam adbus gracilem impletam fuisse accesso lumine repentino.* Hoc profecto prodigium, & in natura iniustum miraculum; quod cum inciperet esse, in victoriæ signum, extra nature ordinem,

Tom. VIII, Taut.

lucis exponeret plenitudinem. Natura humana adinstar Lunæ in principio non splendet, imò in obscuritate iacet; quia priusquam Solis splendore repleatur orbis, videtur si videtur, vacua orbis. Lux Lunæ conditionis humanæ provenit à gratia Sole: quæ quidem minimè in principio conceditur conceptionis; propter vacuitatem primæve criminis. Hæc communis nature conditio in humano fœtu ex protoparente Adamo: sed videndum portentum in conceptione Virginis, extra totius ordinem conditionis, splendoris plenitudinæ, etiam in corpore gracili: quandoquidem dam conditione esse debuit natura gratia lumine vacua; apparuit in victoriæ prodigium, non solum gratia ornata, sed gratia plena.

11 De corpore aut Lunæ globo dicitur à Ruperto, & ab alijs DD. ut præmissus *Tom. præced. T. 1. D. 7. n. 12.* duplicem habere faciem; aliam luce plenam, & aliam lumine vacuam. Exprimit nostræ conditionis qualitatem, & quomodo splendor gratia in ipsamet conceptione illuminavit Virginem; superat Adami crimine, gratia sanctificantis fulgore, etiam in primo instanti nature: etenim cælum vidit gratia radijs copiosissimè plenam, cum faciem inter nature conspiciebatur mundus lumine vacuam. *Ignis celestis* extollitur à Ioanne Geometra, *Hymn. 2. de Virgin. Ignis?* Aptè. Modò sit, in illo luce: ignique Virgo-Mater apposite confertur, quando concipitur; quippe ignis numquam habet esse sine comite lumine.

Radiantes lucibus ignis. Accinit Manil. 2. *Astron. cap. 14. v. 73.* Verum quare ignis celestis, & non ignis absolutè? Ignem, qui in mundo videtur, semper fumus comitatur. Unde Virgilius inquit: *Fumusque sequaces.* Nihil proprius, nec magis simile, ut ostendatur in homine peccatum originale: igitur haud vita in articulo lucet conceptionis, quin plorare faciat viventem ex fumo criminis. *Quoniam fumus status est, & nigrae facies à fumo: comite vitalis ignis, & etica fomitis; ex quibus futura vires, Tam tenuis, quam sunt nebula, fumique volantes.*

Ut dixit vel Ethnicus, 6. de *Rer. natur. v. 102.* Sic ignis, sed aliter qui celestis: ignique celesti simiis Mariæ conceptio; quoniam ille à principio splenduit, sed sine fumo. Hunc ignem celestem à Prometheo fingunt raptum è celo, & collocatum in terra. Fictio: non visum, quousque concepta Maria; quæ luce plena, sicut natura

Et ignis celestis

Ioanâ Geom.

Manil.

Ignis sicut b. l. peccati origo nati 4. Geom. v. 230.

Sapientia 2. 1. Baruch. 6. 10.

Lucret. Unde in corpore

Virginis ignis coarctat

F. 2. f.

fumo, verum luminis vacua: ex quo sanè maior Virginis plausus, & nobilior: de pravo serpente triumphus: igitur voi à primo instanti conceptionis, gratia fultit adinstar ignis coelestis, cum lumine vitæ; dum alij plorant fumo pleni originalis peccati. Nigræ aliorum ex fumo facies: Virginis principia nitidos vertuntur in ignes. Fumo notantur.

Per singula copora mores.

Hic igitur Deus, & ratio que cuncta gubernat,

Duxit ab æthereis.

Quid maius in prodigio conceptionis? Iam videtur in terra coelestis ignis.

12 Hinc etiam in conceptione Virgo Germin & radix. An quia germen ex arbore Adami lapsi primæva supplantatione; & radix gratiæ, per cuius meritum, natura, ex qua germen, restituta in paradysum? Graphice Soufa, d. lib. 5. à v. 198.

Ille dies primus lethi, primisque malorum, Quid fuit exitio miseris mortalibus, idem Reddidit invisi nobis solatia casus.

An quia serpens vidit (estò numpereetur) in Virgine pulchritudinem, quasi insectæ radicis non esset germen? & germen & radix est. Germen, ex humana radice: radix, in signi maternitatis: igitur quamvis germen ex Adamo sit; floruit radix, de qua natus est Iesus. Audi Augustin. libell. de Virgin. Assumpt. Tom. 9. Facia thronus Dei, & aula Regis æterni. De illa carnem assumpsit.

Auctor, administrator; rector & Deus, ex homine factus est homo; ab eo naturam sumens, non originem. Ille cuius radix sola Maria, conceptus homo absque ulla nature macula; quia non sumpsit originem, licet assumpserit carnem. Maria concipitur & ex carne & ex origine. Unde ergo immaculata florebit purissima conceptione? Pende. Genus est existens materia corporea ex Adamo & Eva: ex illo & illa, ex mare & femina, sed ex illis; à quibus primæ venenum supplantationis, quo in omnes homines mors ab ipsa conceptione pertrahit, quippe extunc stirpem & totam polluit: Ita ut quidquid prolis ex illo, & simul damnata, per quam peccaverat, coniuge (uti inquit Augustin. Enchirid. cap. 26.) per carnalem concupiscentiam nasceretur; traheret originale peccatum. Virgo sicine genus traxit; sed vel sic in prius parentibus non deliquit. Filius ex illa dumtaxat traxit carnem, non originem; sicque matris demonstravit mirificam conceptionem: equidem ita gratia illustravit in conceptione naturam, ita ornavit eius in corpore pulchritudinem in gratiam; ut esset gratiæ & nature ab ipsa conceptione miraculam: quandoquidem iure mirum, quod trahens carnem per originem; ex origine solum afflueret carnem. Hæc summitas gratiæ, natura generis comite; quippequam in natura traxit gratiæ venustatem, quasi ad existentiam nullam huisset originem.

13 Unde in gemine tot dotes? Antequam germen fuit radix: quippe prior in illa gratia matris, quam entitas filiationis. Novum in philosophia, ceterum commune in gratia: siquidem antequam filia ex Adam, predestinata à Numine mater Dei, de qua natus est Iesus. Predestinatio potest esse non entium (ut aufruit D. Thom. 1. d. 40. q. 1. art. 2. & de Verit. q. 6. art. 1.) quippe definitur per propositum, de his quæ per gratiam perficienda sunt in tempore. Ex se primum non respicit Quod, nec Quid; sed tantum Ad quid; & Quorsum constitucndum subiectum: equidem licet supponat naturam & intellectivam; propositum est ad gratiam & gloriam. Unde intellegitur illud Damasceni in Virgin. Nativitat. Orat. 1. dicentis: Natura gratiæ factum antevertere minime ausa est: verum tantisper expectavit, dum gratia fructum suum produxisset: siquidem oportebat eam primogenitam in lucem edis, que primogenitum paritura erat. Elucet propositum existentie Virginis, munus & dignitas Matris: etenim quantumvis concepta ut natura humana germen; primò decreta, ut genitrix in radice, ex qua natus est Iesus.

14 Huiusmodi gratiæ præcedentia & præcellentia in munere orbis luminarium præsignata. Dicit Deus: Plant luminaria in firmamento cæli, & sint in signa & tempora, ut luceant. Tò In signa & tempora, nempe, In signa temporum, per Hendiadym. Quomodo signa temporum? Antè conditionem splendoris luminarium non erat temporis signum? Nullo modo: etenim cum luminaria à primo creationis instanti cum plenissimo splendore; nullo tempore in natura exiterunt sine luce. Prius fuit tempus, sed nullum temporis signum; quia tempus illud non erat tempus astrarum. Hinc perproprie Ovid. 4. de Pont. Eleg. 2. v. 42.

Per que clam tacitum tempus adire solet.

Tempus sanè, sed tacitum; quia sine fulgore ad astra nullum fuit tempus. Plura dixi, & om. 2. l. 6. D. 1. à n. 8. Videtis: modo in præcedentiam lucis. Tempore signatur existentia nature, quippequam habet existentiam in tempore. Lux Astrorum sub-

Manil. d. c. 1. à v. 89.

Quomo- ad simul radix & germen?

Souf.

Math. d.

August.

Ex natura Adami Christi traxit carnem, non originem.

Idem.

Quare Virgo in conceptione, natura mirabilis?

dinem in gratiam; ut esset gratiæ & nature ab ipsa conceptione miraculam: quandoquidem iure mirum, quod trahens carnem per originem; ex origine solum afflueret carnem. Hæc summitas gratiæ, natura generis comite; quippequam in natura traxit gratiæ venustatem, quasi ad existentiam nullam huisset originem.

13 Unde in gemine tot dotes? Antequam germen fuit radix: quippe prior in illa gratia matris, quam entitas filiationis. Novum in philosophia, ceterum commune in gratia: siquidem antequam filia ex Adam, predestinata à Numine mater Dei, de qua natus est Iesus. Predestinatio potest esse non entium (ut aufruit D. Thom. 1. d. 40. q. 1. art. 2. & de Verit. q. 6. art. 1.) quippe definitur per propositum, de his quæ per gratiam perficienda sunt in tempore. Ex se primum non respicit Quod, nec Quid; sed tantum Ad quid; & Quorsum constitucndum subiectum: equidem licet supponat naturam & intellectivam; propositum est ad gratiam & gloriam. Unde intellegitur illud Damasceni in Virgin. Nativitat. Orat. 1. dicentis: Natura gratiæ factum antevertere minime ausa est: verum tantisper expectavit, dum gratia fructum suum produxisset: siquidem oportebat eam primogenitam in lucem edis, que primogenitum paritura erat. Elucet propositum existentie Virginis, munus & dignitas Matris: etenim quantumvis concepta ut natura humana germen; primò decreta, ut genitrix in radice, ex qua natus est Iesus.

14 Huiusmodi gratiæ præcedentia & præcellentia in munere orbis luminarium præsignata. Dicit Deus: Plant luminaria in firmamento cæli, & sint in signa & tempora, ut luceant. Tò In signa & tempora, nempe, In signa temporum, per Hendiadym. Quomodo signa temporum? Antè conditionem splendoris luminarium non erat temporis signum? Nullo modo: etenim cum luminaria à primo creationis instanti cum plenissimo splendore; nullo tempore in natura exiterunt sine luce. Prius fuit tempus, sed nullum temporis signum; quia tempus illud non erat tempus astrarum. Hinc perproprie Ovid. 4. de Pont. Eleg. 2. v. 42.

Per que clam tacitum tempus adire solet.

Tempus sanè, sed tacitum; quia sine fulgore ad astra nullum fuit tempus. Plura dixi, & om. 2. l. 6. D. 1. à n. 8. Videtis: modo in præcedentiam lucis. Tempore signatur existentia nature, quippequam habet existentiam in tempore. Lux Astrorum sub-

Prior in illa gratia matris, que entitas filiationis.

Ioann. Damasc.

Genes. 8. à 14.

Hendias dys.

Ovid.

Cur tempus non signatum ante ipse astra?

limiorem dignitatem, atque dignitatis splendorem: nequaquamque tempora desinantur signa astrarum, sed astra splendida signa temporum; quoniam si à principio lucebant, lucere singulariter nequibant, munere ac dignitate, queis decorantur; ni tempus ipsum præveniret splendor.

15 In conceptione exponitur Virgo-Mater luminare maius, ut orbi luceat, & inter astra rationalia mirabiliter splendeat. Futura erat germen ex arbore Adami, & radix generationis Iesu-Christi. Hoc dignitas, illud entitas, ut germen in tempore existeret; luxque uti in luminari tempus præcessit; quippe prius in Virgine lux dignitatis, & splendoris gratia; quam mater Iesu existeret in natura. Concipitur ut luceat, & terram conceptione pura illuminet. Haud singulariter luceret, modò natura lucem gratiæ præcessisset: luceque gratiæ antecellit temporis & nature conditionem; quæ naturaliter præcessura locem. Natura expectavit, ut suum fructum gratia eminenter perficeret: gratiæque præventis radius prævenit tempus: quoniam priusquam existeret Adami germen, respexit providè in radicis dignitate. Prædestinatio est non entium, sed futurorum. In ea quod, erat Virginis natura: ad quid, Matris gratia & gloria. Mirabiliter fultit, quippe & ordinem temporis vicie, atque naturam præcessit: siquidem in conceptione splendor maternitatis anteverte in gratiam orbis temporis. Patet quod, etiam quid, & quorsum factum huiuscemodi in Virginis Conceptione prodigium: & quomodo etiam & germen & radix fuit, de qua natus est Iesus.

In Virgine priusquam natura suiger, maternitatis splendor.

16 Hoc etiam intuitu in gloriam Virginis singulari in conceptione gratiæ, pariter flos extollit & virga. Id est filia & mater: filia, ut flos, ex protoparente Adam; sed virga, ut mater Dei, qua conditione decreta, antequam existeret, in natura: igitur in natura non existeret, ni mater Numinis foret: virgaque iure plaudentur, ubi flos in natura producitur; quippe prius genitrix Dei, quam flos ex arbore Adam. Egreditur flos de radice Iesse, & etiam de ipsamet radice virga. Cur igitur si virga mater floris, flos de virga non egreditur; sed de ramosa radice? Radix signat Virginis prædestinationem in Dei matrem: & in radice Vates Evangelicus locat virgam & florem; quia minime videretur flos in natura pulchritudine germenis, ni habuisset in existentiam maicitatem genitricis. Alia cogito ex auctoritate Pauli, ut clareat prodigium amplius

Cur simul flos & virga?

Isai. 11. 1.

Ni mater Christi esset, in natura non existeret.

in Virginis Conceptione. Non tu radicem portas, sed radix te. Hoc in natura etiam oculis solemne. Singulare quid videndum in Virginis Conceptione, ex Adami radice, flore & virga procedente; quamvis ex quo valuit serpens, Adamus putrida radix. Portavit ut filiam Virgineam radix Adami, per conceptionis ordinem: & in ea quæ uti ramus portata, Virgo portavit radicem; quoniam ita pura in immaculata conceptione, quasi Adami radix & esset & floruisse sine putredine. Ut fructus arboris sint diversi coloris; qui placet, collocatur in penetrabilia radicis. Radix eadem est. Non fecit ad individuos humanæ nature in conceptionem Adam: at à Numine in radice alius appositus color; nimirum Dei genitricis splendor, quo portavit radicem: igitur tanta maicitatis divinum habuit colorem; quamvis à radice Adamo recepisset entitatem. In illo dum serpentis valuit vitæ, mutatus est color optimus. Putruit radix, sed ex illa Virgo florens; quoniam minime putredinem haufit è succo radicis, habens colorem dignitatis matris.

17 Ioannes ænigmatice expressit Virginis excellentiam, ac in eius conceptione mirabilem gratiam. Dei gloriosam civitatem plaudimus Virgine. Invitatus est ecclatice, ut videret civitatem dicitur: Vidi, & ecce ostium apertum in celo: & vox prima, quam audivi: Ascende huc. Rutilæ sicine excellentia Virginis-Matris in conceptione, dum prima vox est, Ascende. Fæctus humanus vocem primam emittit plorans, casum è radice significans: in Virgine splendescit prodigium; quod prima vox est ascensus, & in cælum. Hoc clauditeur filijs Adam, quia criminis prima vox. Aperitur alijs postquam consecuti gratia; ceterum Virgini apertum plane cælum ad vocem primam; quoniam eius nec vox prima sine plenissima gratia. Tota vel à conceptione in similitudinem Filij. Fæctus femina, à cane rabit percito, morsæ; in carnem convertitur: dicit delirus Gassarellus, in Curiosit. inaudit. cap. 5. n. 7. sed transeat. In filio cognoscitur matris virus. In Virgini non est morsus. Sine rabie pestiferi canis vel in conceptione est, de qua natus est Iesus. Non apparet neque signum in filio, quod matris fuisset maculosa conceptio: imò è radice tortuosa summa recitudo virgæ, cum gratiæ flore.

Qualiter è spinis mollis rosa surgit acutis, Nil quo ladat habens, matremque obscurat bonore.

Romæ 11. 18.

Gloria illius, quod pariter esse Adamus

Cornel. Gall.

Apoc. 4. 1.

Virginis vox prima, gratia.

Gassard. cell.

Caus. d.

DIDASCALIA VI.

An Petri, vel Magdalena pretiosiores lachrymae?

Facilis prorsum descensus Averni, quippe animas a voluptate & per aclivia, est urgeat dolor; hoc opus & labor. Tollitur, non trahitur: animaeque onus gravissimum & molestum; cum pondere catenarum ex crimine surgere fursum; quamvis egrediendi ex barathro inlter peccatoris lapositum. Erravit in semitis viatorum labyrinthi pravè cor; revocare gradum recta est, relinquendo calles debios, ut ponat in via gressus suos.

Facile, in trinita cade-re, sed nò surgere.

Hay-nov.

Non pigeat retulisse gradum, si displicet error: Quid male processit, non male vertit iter. Dicit, Veritat. 10. Julian. Haynov. Haud despondeant animum, qui facile descendunt in abyssum: etenim refectitur in semitam error seductæ mentis, per promptam dolenti revocationem erroris. Anima

Ovid. 1. Fast. v. 523.

Victa tamen vincet, eversaque Troia resurgens.

Gratia revocat ab errore: cui displicet error. Valer. Maxim.

Fluctus è litore in profundum avulsit? Fluctus ad littora refluxa mirè restituit: equidem si fletu propositum in periculi exitum; iuvat vel ipsum periculum. Interitus (inquit Valer. Maxim. in Extern. libr. 1. cap. 8. n. 11. hicque Stephan. Pighius, n. 17.) magnitudine miraculi, remis casus aquat: quem in littore Tyriorum sentinam haurientem, cum è navis fluctus abiecisset; altero latere reper-cusum, fluctus contrarius in navem retulit. Itaque miseri simul ac felices complorationi permixta fuit gratulatio. Error ipse correxit errorem, & infirmitas lathalis altruxit firmissimam sanitatem.

Ioan. 1. 4.

Mortuo Lazaro, afflicti dixit Magister cœlestis: Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei. Moritur cedens langori totum halitum vitalem; & mors ipsam non ad mortem? Utique: tulit in pelagus egritudinis fluctus, sed alio fluitu in vitalitatem revocatus: morsque sanè non ad mortem, sed in medici gloriam; quia deploratus revocatur ad vitam: patetque abducti in mortem felicitas, ubi visa in errore summa & extrema calamitas. Est articulus theatrum labentis in sepulchrum, per fluctus & lubrica voluptatum; anima mortua per criminum vulnera, in vitamque revocari (quispequam iacet) non poterit, ni Christus venerit; & quem languoris fluctus

in mortis aquora transtulit, in litus vitalitatis fluctus contrarius restituit; quippe (spiritu suffocato per lapsus, atque intus & ligatus & oppressus) voce motus, voci continuo respondit; & tot vinculis surrexit. Descendit namque in Avernum, sed revocavit gradum, correxitque errorem, inveniens semitam; quoniam contrario fluctu eodem itinere revocatus ad vitam. Felicitas est. Eò quòd error, iacet in sepulchro cadaver. Qui male processit, non male vertit iter. Infirmitas non est ad mortem; sed ad revocantis gloriam; ubi qui iacebat mortuus, revocatus est in vitam: diciturque gloria Dei huiusmodi revocatio, & erroris cognitio; quoniam gradum revocare in sepulchro, a solo Deo; quandoquidem deserere sine motu iniquitatis sepulchrum; miraculum non solum, sed singularè miraculum. Refurgit anima, dum calcatur culpa. Calcare nequit, qui sine motu iacet; & penitentiam, quippe mortuus non cognoscit, nec sentit vulnera: tunque in vitam revocatio Dei dicitur summa gloria; quoniam tantum opus eius, suscitare ad vitam è sepulchro, qui iacebat ad criminis penitentiam sine motu. Intellegitur modò illud Anne: Dominus deducit ad inferos & reducit. Revocat animam per penitentiam à morte criminis revertentem: deserit in errore mortis, perseverantem. Vocat, ut revocet; sed non auditur: pulsatur, sed qui mortuus à corde, non movetur. Deducit sanè ad infernum, qui in errorum labyrintho renuit revocare gradum; neque respondit ut surgat voci vocantis, dum sedet in umbra mortis. Ab inferis reducit, qui ut surgat, audit: Lazarusque quoniam audit, surrexit; igitur si fluctus è litore gratia (ut summerget) abduxit in mortis mare; fluctus oppositus penitentia naviter restituit littori. Canit Senec. in Thyest. à v. 332.

Dei gloria, peccatorem revocare à culpa.

Quantis miraculum!

1. Reg. 1. 6.

Panith. ita nomen frugum per seculum redactum in litum.

Senecæ

August.

Potes regnare, cum possis mori. Alio quam quò n. tur, abductus feror: Sic concitat am remige & vento ratem. Astus resistens remigi & velo, n. fert. Pervincit quicquid obstat, & mente impedit, Reducemque quanta premia expectent, vide. 3 Subit mentem articulus Petri. Redditur negatione trina trina confessio (inquit Augustin. in Ioann. Tract. 123.) ne minus amori lingua serviat, quam timori; & plus vocis elucisse videatur mors imminens, quam vita præsens. Fluctus timoris à gratia Magistri utique in mortem violenter rapuit; sed amoris oppositus fluctus in litus gratia permanens revocando restituit. Vidit ven-

ventum validum, & timuit, cum esset extranavigium: Dominus respiciens Petrum, ne summergeretur extendit manum: per penitentiam suscepit, navique restituit; ut poleret clementia Salvatoris, & virtus præpotentis penitentia: igitur in navem amor revocavit, à navi, quem timor expulit. Ideò stabat Iesus in littore, dum Petrus misit se in mare, ut ad Ictum veniret; & amorem eximium indicaret. Tempestas fuit maxime in Petrum, expectente fatanà ut cribraret sicut triticum: statque Christus in littore, naufragum Petro adveniente; ut in litus restitueret dilectio, unde expulerat formido. Respexit Christus naufragum Petrum, & erupit in plañctum. Haud mirum, quòd plorantem respexisset; vel quòd respiceret, ut ploraret. Dicitur de inundatione Nili, fieri quotannis fervente Sole; de quo late Kircher. 1. Tom. Eoap. Copt. Syntagm. 1. cap. 6. Solis fervore fontes siccantur: fontes lachrymarum Petri Nilum sequuntur: etenim ad Christi Solis respectum, erupit in inundationem lachrymarum. Flevit amare, quia nunquam cessavit flere. Plañctus est, & erit in plañctum: dicit Propheta. Erat etiam: igitur Petrus quoad vixit, & flevit culpam, etiam observans negationis horas; ut ait Clemens, 7. Recognit. & Niphophorus, lib. 2. cap. 37. Ita fletus amarus, quippe continuus.

Ioan. 21. 4.

A Chri. sto Petrus respici-tur, ut navi naufragi restitueretur.

Luc. 23. 62.

Ezech. 11. 14.

Quantis vixit, ne gationem flevit.

Exod. 17. 6.

Unde dicitur: statur, amant

Christus, vel à prece-antore natum, miseretur peccatoris. Ibid.

sed exibat. Egredietur. Vel in silice supponitur. Dominus stabat ibi: ploratque Petrus amare; quoniam ad præsentiam Domini (& amantis & offensi) dolor convertit rupem in fletum, petramque in flagna aquarum: ita ut crimen ingratis sine committum, & plañctus esset, & esset in plañctum.

Exibat humore fluentis. Lubrica, pro voce largi lavere humida saxa.

Petram hanc adhuc perdurare, & assidue fundere aquas, ac Arabiam permeare; asserit Abulens. in Numer. 20. à quæst. 2. & Sanctius Ista. 43. n. 28. Omnia in figura contingebant Hebræis, ut prodigia novæ legis etiam consueverunt ex umbris: equidem cum Christus ad plañctum Petri super petram stetit, dum respexit, ut illam in antiquam gratiam conciliaret (quod futurum lachrymis, itaque ex dolore peccatoris) non solum eius divinà præsentia flevit pro negatione; sed flevit amare. Flevit, quia petra adinstar redundavit in aquas plurimas, cordis penitentis lachrymas. Amare, quoniam propter expressionem penitentia per totam vitam duraverunt fontes. De Enydro lapillo pretioso, ait Solin. cap. 40. Exudat, ut clausam in eo puteus fontanam scaturiginem (A solino eadem decerpit Isidor. 16. Origin. cap. 13.) quem sequitur Georg. Draudius, cap. 46. astruit Plin. lib. 37. cap. 10. & Maiol. qui Tom. 1. Colloq. 18. inquit: Enydros vel Elydros lapis est parvus, semper lachrymas emittit. Aerem continguum congelat in aquam, & inde guttatim distillat, præcipue coram Sole. In proposito Petri fletus, nihil cogitari valet aptius. Coram Sole iustitia illius oculorum radijs oculos fecit lachrymarum fontes: & ut plañctus esset amarus, non guttatim plorabat, sed ubertim, habens in lachrymarum continuationem fontanam scaturiginem: igitur ita cor pressum, ita pectus contumum; ut vel aëra suspensorum dolor verteret in fletum. In eius pectore ac facie visum vorum Ieremias. Quis dabit (oprat) oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte? Idem, continuo, in amaritudine animæ, sine solatio. Fontem desiderat lachrymarum, non solum lachrymas; ut coram Sole lachrymetur Solis iniurias. Ni lachrymarum fons, aliquando cessare poterat lachryma; & suspendi à fletus amaritudine: petitque in ploratam fontem, in fletum scaturiginem; ut pro negationis crimine, ductus pudore, confusiois vulnerè, die ac nocte valeat sine fine plorare. Caput flere; dicit eius discipulus; dum alij. Flevit amare. Flere cepit: ex quo cepit, non cessavit: & quia semper

Lucet. 5. v. 245.

Enjri gemma conditio.

Maiol.

Ex crima mine quantà amarum doctore.

Ierem. 9. 1.

Cur eius oculi fontem.

Morc. 14. 7.

in amaritudine meroris; planctus in planctum, non dicitur finis. Flere licet.

Per sinus lacryma suavis instat eunt. Has semper solas habet, semperque profundo Hument inculta fontis perennis gena.

Ovid. Epist. 6. av. 62.

Vel sospiria conwertit in lacrymas.

Pl. 113. 2.

Alapida.

Ploravit amara, ista amore & dolore.

6. Haudquaquam vitā totā abierunt in sicco flumina: at unde aqua in tam copiosa fluente? E suspirijs elicuit cordolium laticem; ut ex oculis posset construere fontem. Adinstar Aenydri aërem contiguam congelavit in aquam, ut semper haberet copiam; & fieret amare, ac summo dolore: equidem fumina lacrymarum acerbitas; ubi suspiria convertuntur in lacrymas. Miracula etiam habent voces, docentque quomodo debent lacrymari poenitentes. Pendente verba pramissa Davidis. Deliquit populus, Deique respondit miraculis. Unde ut converterentur, ait: Convertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum. Petram, nimirum, in Raphidim: Rupem, ad Aquas contradictionis in Cades. Cur ergo aqua prima elicit dicitur in stagna; & secunda, ubi tantum populi iurgium, mansisse in fontes aquarum? Hic(inquit Alapida, in Numer. 20. 11.) se solo Deus supernaturaliter aquas produxit ex petra, aërem vicinum in aquas convertendo: in Raphidim venam aquarum elicuit. Totum sane à Numine, ubi in signum poenitudinis lacrymae videntur in peccatore; cuius cor lapideum, ut cognoscatur lacrymarum miraculum: etenim in fletum nec spes aquae ex corde lapide ac silice. Peccaverat populus, & pro vulneris medicamine, lacrymae designant poenitentiam; & simul quae lacrymae sunt amaræ, respondententes dolori, propter placationem lætæ maiestatis, & satisfactioni criminis. Alij plorant, quia deliquerunt; sed lacrymae quantocyus itagnantur, maxime si propitiatum peccatum, & crimen lacrymis tectum: etenim iam felices, quorum iam remissa videntur iniquitates: & peccatum quaritur, veritas præficta non invenitur. Hæ lacrymae doloris & poenitudinis. Sunt tamen nobiliores lacrymae amoris, ut Petrus habuit, quum amare flevit: igitur non in stagna, sed in fontes sit conversio, ut ita possit lacrymari continuo. Ut lapis Cades elicit lacrymae, bis silice, percussio pectore; & amore & dolore: dolore, propter negationis crimen; & amore, propter aspicientem Redemptorem, qui in tanto dolore, quasi passionis oblitus; ut possit surgere Petrus. Alij poenitentes lugent, dolent, aëri inhiantes, ut suspirando respirent: Petrus aërem (quo respirans) in aquam suspirando con-

vertit; perferente (quandiu vixit) lacryma, etiam remissa culpa, atque restituta conciliarie gratia: cuius dolore & amore, propitiant Numine, patuit cum repperit Petrus; quod mirifice convertit rupem in fontes aquarum.

7. De aquis Silaris dicitur à Sil Italic. lib. 8. v. 582. & Ovid. 15. Metam. fab. 17. Nunc Silaris quos nutrit aquis, quo gurgite trahunt.

Duritiem lapidum mersis inolefcere ramis. Flumen habent Cicones, quod potum saxæ reddit.

Viscera, quod tactis inducit marmora rebus. Secus dolor Petri & doloris acerbitas, petram nimirum convertit in andas. Oculi Meduse aquas vertebat in petras. Longe Saluatoris oculorum benignitas, dum Petrum respiciens, rediit ad lacrymas: etenim posuit ex vi & virtute oculorum, terram sine aqua in exitum aquarum. Dolor aliquando oculorum fontes convertit in lapides; unde OEnone dicebat, apud Nafon. Epist. 5. v. 74.

Illuc has lacrymas in mea saxa tuli. Dolor Petri saxum convertit in fletum, facta corde contritione sicut mare; quandoquidem lacrymae panes die ac nocte. Haud alia esca poenitentii apponitur. Petrus lacrymis nutritur. De telluris olium commentum lacere & ali aquis Oceani, per cuiusque ubereim laticem accendi languidum siderum splendorem. Habet in Petri plausum fabula ficta locum. Talis erat Petrus,

Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer unda Extulit os sarum: Ita lacrymis incendit peccatoris ignes, ne langueret flammæ amoris, quas nutriebat continuus ad focum planctus; cum ad fontes oculorum non sufficeret Oceanus. Felix dolor, ex quo tantus contritionis splendor. Apposite Ovven. lib. 1. Epigram. 74. Nec tantus fluvio lacrymarum extinguitur ardor.

Nec tanti fletus flumina siccat amor. Concordes ignis & unda, ut poenitentibus per Petrum ad celos moanstrer via: etenim hæc itur ad altra. 8. Galaxia, seu via lactea facta dicitur in æthere; ut illic possent homines ascendere recto tramite: quod stella summæ candidæ, & olim nigra, quarum candor processit non à lanonis lacte; sed ab errore. Hæc veluti viridis discernit semita campos. Candidus in nigro luget. Acciuit Manil. 1. de Astronom. cap. 10. à v. 70. signatque errorem, unde in semitam altra circuli acceperunt albedinem. Sol enim

Sil. Ital.

Ovid.

Aqua Silaris, cuiusmodi propria: stitit.

Ovid.

Lacrymis Petri trahuntur.

Delra. in Scenoc. Hippola. v. 747.

Quis splendore accendat retur. Ovevda.

Via lactea est à ea iustam errorem.

Manil.

Etas stel le olim nigra.

enim in cursu præceperat Phaëtoni, ne deficeret à via, & arderet astra: igitur ni orbitæ fervare legem, sese daturum prædixit præcipitem in errorem. Sic contigit, ut prædixit.

Illuc Solis equos dixeris cursibus iste, Atque aliam trivisse viam; longumque per æcum.

Ibid. 4. v. 79.

Exusta sedes, incoctaque sidera flammis Cœruleam verso speciem mutasse colore. Nunc quoque præteriti facis servantia casus Sic super imposuit signato culmine limes Candidus.

Pectus Petri nobiliores profert flammæ, per quas correctæ vetulitas; igitur se dedit in errorem præcipitem, dum sibi videbatur non posse labi in errorem; quamvis solus sese regeret: quippe ita fiducia cordis, ut nec summam difformina formidaret. Ruinam Sol ipsi prædixit: Petrus nec credidit, quoniamque vias monstratas liquit, signa insuetæ tulit, & per contractum errorem, hominis virtutem cognovit fragilitatem. Ploravit, poenitentia facibus contritionis cor incendit. Verum iam color candidus in nigro luget; quoniam per eius ardentem planctum, viam lacteam peccatoribus demonstravit in celum: igitur fontibus lacrymarum igne succensu pectoris; recocta lumina flammis: summo crimine, evanescente nigredine, cœruleam speciem verso iam dicit colore, signante albedinem; quia Deus iussit, de tenebris splendescere lucem.

Petrus peccatoribus per fletum amantem iter signavit in celum.

Isa. 56. 85.

Cur poenitentia dicitur Via lactea?

Osee. 14. 6. Cur Magdalena plorans confertur liliis? Luc. 7. 37.

9. Notat nostra Tautologia. Erans liberavit nos. Sæpe homo vel itans cadit, fragilitati cedit; sed modum libertatis gratia divina disponit. Numen uti clemens, quos non eruit, ut capessant in culpam liberat, quamvis laceant, per fletum & poenitentiam. Est via lactea: cursum ergo ad apodisim videamus in Magdalena. De lilijs dicitur, quod avulsa florent. Unde si avulsa? In aquis profecto collocata. Si per aquas indicatur fletus, & meroris cordis planctus; per lilium avulsam, virtus animæ, quæ ut areferet, à gratiæ separata radice; habet unde floreat, modo ad lacrymas accedat: quandoquidem per cordolium, ut iustus sit animus, germinabit sicut lilium. Amicit marcescens avulsus lilium pulchritudinem; modo non habeat humorem: verum floret secus decursus aquarum ex fontibus oculorum. Quæ lilium pulchritudinis, sed avulsam, erat mulier in civitate peccatrix. Unde ergo floruit? Lacrymis cepit. Lacrymis cepit rigare lilium avulsam à gratia; & ut florere, amisse gratiæ restituta forma. Secus pedes Christi itat, ut reviviscat.

Tom. VIII. Taut.

scat in pulchritudinem flos, Sensum operatur lacryma, cuius virtute Magdalena remissa peccata multa. Plorans pedibus Salvatoris accessit. Cur igitur illic illam & plorantem non dimisit Providentia (inquit Bernard. in eius Fests. n. 1.) suspendit iudicium, dum affectus obsequium; docto Mariæ sacrificium in holocaustum pertranseat. Convunguntur Lacryma peccatrix & misericordia Salvatoris. Ubi videtur planctus, promptum itaque in indulgentiam iniuriarum pectus. Ut quid igitur misericors expectat, quod Mariæ lacrymarum sacrificium transeat in holocaustum? Flere Magdalena cepit, cor in lacrymis victimam obrulit. Viginti in holocaustum nihil relinquuntur: Christusque holocaustum expectat, dum compuncta Magdalene lacrymarum; quia plene ex fletu non perciperet delicias, nisi totum cor converteretur in lacrymas. Cur lacrymas argenti incendia? Liquitur igni.

V. 47.

Bernard.

Cor eius convertit in lacrymas.

Achi. Boech. Synb. 7. Ioann. 19. 28.

Humoris toto corporis quicquid inest. 10. Hinc in crece Salvator dixit: Stitio. Quid sitit? Corda: subdit Drogo de Christi agon. Quippini si amor alitur cordibus, cui dulcissimus cibum, dicit: Corda esurio; fed Corda sitio? Non profert erga hominum corda famem, sed urentem sitim; ut ostendat quo magis illi placita, dum ambit corda. Esti placeant corda ut cibum, magis ut potus: minimeque esurit, fed corda sitit; quoniam non valent esse in potum, ni converterantur in fletum. Qui peccat, ut remittatur scelus; ad Numen afflitas elevat manus: sed monet Vates facer, cum Israël deliquerit, & poenitere vellet, ut consequeretur veniam; Effundite cor sicut aquam. Cum ille corda sitiat; cor sicut aqua sitienti ministratur, ut quiescat: equidem cum qui peccatum plorat, indulgentiam & itatim obtineat; peccatum quodcumque à clementia remittitur, modo cor in aquam lacrymarum convertatur. Hoc intuitu transgressoribus legis dicit David: Effundite (ut effugiatis supplicia) coram illo corda vestra. Effundi non possunt, nisi liquantur. Hoc intenditur, ubi effusio cordium in remedium designatur: igitur peccata haudquaquam remittuntur, ni à cordibus deplorentur. Saxa sunt, minime corda, per crimen. Numen ut pareat, sollicitat conversionem: & effusio proponitur cordium, notando fletum ex intima pectoris poenitudine; quippe tantum per fletum possunt converti. Per fletum vertenda atque effundenda corda; quæ quidem sine planctu saxa durissima, tenacitate proterva iniquitatis resistunt.

Thren. 3. 11. Unde illi statim concessa venis.

Pl. 61. 9.

Quomodo effusio sine lacrymarum, cor de iocore de conversione.

Gg

flentia : & dum crimum compunguntur dolore, tanquam aqua inbentur effundi ; ut convertantur in corda, quæ ad penitenti- nem laxa : & iam gratia Dei non laxa, quoniam lachrymis amaris quæ corda, in corda conversa.

Senec. Thieff. v. 29. & 516.

Nec vacet cuique Vetus odisse crimen. Lachrymis agendum est.

Iticred corda coram Domino effunduntur, ut rite sacrificentur : equidem si Numini sacrificium spiritus contribulatus, & cuspide averisionis in conversionem compunctum pectus ; necessarium, quod nocentes corda effundant, ut lachrymis liqueant : equidem iam non silices, quæ corda patent emollita lachrymis Duritia silicem cit inuata proprietatis. Ita peccatorum cor. Per penitenti- nem fit lachrymarum sacrificium : ut trans- eant in holocaustum, quid agendum ? Non odisse crimen fat : lachrymis agendum est. Si cor doloris Numini victima, lachryma- rum sacrificium transit in holocaustum ; ubi in corde faxe nihil remanet silicem, quippe præ dolore sceleris, totum & undique est in lachrymas conversum.

Quo igne lachry- marum sacrifici- cta tran- sit in ho- locaustum

11 In silva fetus percussit David usque in exterminium Philisthim, iustus à Domino, ut eos adoriretur ex adverso pyr-orum. Hieronym. hic in Tradition. subdit: Venit contra illos ex adverso fluentium. Tradunt Hebræi, Philisthæos idolum habuisse, cui in lachrymis hominum sacrificium par- rabatur. Hinc illi more suo lachrymis sacri- ficabant. Elucet ludibrium dæmonis, irri- dendis peccatores : equidem qui Veneris (cuius statua Dagon) venerat delicias, adorat lachrymas : quæ quidem haud oriuntur à voluptate sed à dolore, per acerbum tormentum ; ut coniter quid sit peccatorum idolum. Hac enim de causa subditur : De- reliquerunt ibi Deos suos. Vexatio dat intel- lectum in furore debacchantium : quan- doquidem dumtaxat urget poena, ut adoran- tes deserant lachrymarum idola. Lachry- ma profecto adoracionis infelicis, quæ ut siccentur egent lachrymis. Semper conatur demon ut simia Dei, occupare hominum cor : sacrificiumque lachrymarum insituit subdole, quippe vero Numini nullum accepit sacrificium, quam cordis lachrymæ. Coram idolo lachrymæ erat lachrymæ tan- tum. Coram Deo est lachrymarum sacri- ficium ; quod uti in Magdalena transire co- natur in holocaustum. At quomodo ? Ut in eius mirram amantissimo planctu. La- chrymæ cap. 1. & plorate non cessavit, ne- que vaporem actum suspendit. In caput re-

1. Paral. 14. 14. Hieron. Vitiolum volupatis in lachry- mas.

V. 12.

Quod idolum situr

fluebat unda, ut continuaretur lachryma. Dum per oculos amor emittit fletum, in suum dolore recidit unda finem. Hoc est holocaustum, vel lachrymarum nobile sacri- ficium ? Ex fetus sacrificio acceptabile holocaustum. Est sacrificium, dum cor præ dolore lachrymatur : est holocaustum, quod cor plorans, ut plorat continud in fletum convertitur : & dum Magdalene fletu obsequiose cepit in sacrificium lachry- marum, Dominus propter holocaustum sus- pendit studiosè iudicium ; quippe non plene placuit victima in eius delicias, donec cor totum converteretur in lachrymas.

Ille bene erravit, vittumque Auctore redemit Felix in calpa.

12 Ut possit gratum Deo adoleri thymiama, compositio prima erat ex fæcte, quæ gutta & lachryma myrrhæ spontè fluen- tis ; dictaque ibid. v. 23. Prime myrrhæ. Myrrha amarissima est, & dicitur lachryma ac gutta in thymiamia, ut ex huiusmodi sacri- ficio, igne consecraretur holocaustum ; quoniam nimis Numini placent lachrymæ ex amaritudine criminum. Est myrrha, dum plorat cor contritum. Est prima, si conver- titur in fletum : & est in altari Thymiamatis, ubi aqua lachrymarum vertitur in flam- mam amoris ; quippe iam sacrificium per ignem transivit in holocaustum. In Magda- lenes fletu patet, lachrymis cepit ; postque Evangelista non profert fletum ; quoniam dilexit multum. Videtur sane modo in con- versa Maria, quod prodigium videre opta- bat Evangelicus Propheca, cupiens factum caro, Verbum Patris apicere in mundo. Utinam dirumperes celos, & descenderes ! A facie tua montes depuerent (Adventus virtutum portenta declarant, quando mon- tium saxa plorant) Aquæ arderent igni, ut notum fierent nomen tuum. Factum est, dum Christus discubuit, & fletus Magdalene ac- cessit. Ploravit, sed quæ ex dolore, aquæ arserunt lachrymarum ; quippequam dilexit multum, relinquens contraria flumina flammis : igitur aspectu Salvatoris, propter nimium amorem, aquas mutavit in ignem. Sic illa alia, cuius anima liquit ad vocem Sponsi, dicebat apud Hermann. Hugon. Præfat. ad Pia desider. v. 5.

Ille, meos gemitus, mea seil suspiria solus. Ille oculis etiam perfecat ima suis.

Repletur ergo primò lachrymarum aqua cor, in pectoris altari nobilissima victima ; postque desuper descendit flamma. Ad Solis ortus, accenditur ignis magnus ; cum admiratione omnium, qui viderint sacri- ficium : etenim in stuporem ac signum excel-

Discrim- uter ca- crifi- um

Orid. Epist. 16 v. 49. Exod. 30. 34.

Namini, poeniten- tiam pla- cent la- chryma.

Luc. di v. 47. Eff. flu- ncaris stionis.

Itai. 642 à 1.

Quomo- do ex ia chryma- tum nu- ds, amri ris flame mas

Hermi Hag.

1. Mach 1. 22.

lentis charitatis, aqua lachrymarum est fo- mes ignis amoris.

13 Sic itaque Magdalene, cum non cessasset ex quo lachrymis cepit ; ex illis & per illas multum amavit : equidem tantus amoris flammæ ardor, quantus ab ocu- li, lachrymarum fluor. De gemma Merizeo (ait Iul. Cesar Bulenger, de Pictur. lib. 2. cap. 9.) Si aspergatur aqua, incenditur. Gem- ma perita apparuit, fulsit & floruit : igitur iuxta fluenta lachrymarum, crescebat ignis pectoris incendium, auctaque pyra, ex quo cor tetigit oculorum unda. Idem de alijs aquis refert Dalecamp. in Plin. 2. cap. 107. & Maiol. Tom. 1. Colloq. 16. sicut In Nim- phæo exit è petra flamma, quæ pluvijs accen- ditur. Quod prodigium in natura, amplius cõsulit ex gratia incensa petra cordis Mag- dalenes in flammam intensi amoris : liqui- dem excitata semel, crevit in summum ; fomitem habens perennitate pluvia lachry- marum. Fax emortua amoris in lachryma- rum fonte ignem & lucem recepit, totaque vitâ in spleto dere permansit : etenim fletus incendia excitabat ; quippequam in aqua, quæ omnia extinguit, plus ignis valebat. Amica quæ clementia contraria, ad amoris obsequium ; Inse enim dum elementa con- vertuntur. Ignis in aqua valebat supra suam virtutem, & aqua extinguentis nature obliuiscitur. Supra virtutem nature : iux- ta conditionem gratiæ, ex lachryma incen- so corde ; quoniam summum & mirabile discrimen inter ignem elementarem & amoris ignem. Mirabile profum, cum Mag- dalene virtus

Genitili- genimæ Adricci.

Buleng.

Plin. Ex aqua ignis.

Sapient 16. 17.

Cap. 19 à 17.

Quia multum Maria dixit multum ploravit.

Manil. d. 3. cap. 2. v. 40.

Senec. Cap. fini lachry- mæ

Be. cho. Ignis eius charitatis fletus facti.

Oramibus certis sociaret corpus in unum — Flammæque undamque natantem.

14 Ignis Græcus incenditur aqua, ut innotescat, quomodo fletu nimis inarde- scant corda. Hic dicitur Inextinguibilis, qui excitabatur (iuxta Stack, de Sacrific. Gen- til. n. 179.) ex Iunipero, quæ habet spinas pro folijs. Ad Plin. 24. cap. 8. Textor. 7. Officin. cap. 17. & Berchor. 12. Reductor. cap. 79. qui subdit : Dicitur Imperius à Pyr, Græcè, quod est ignis. Idem lisd. 17. Origin. cap. 6. En theatrum ignis amoris Magdalene, cuius cor punctum spinis pec- cati, dolore excitante lachrymas ; quippe- quam crimum sentiebat spinas. In illo- rum meditatione ignis exaruit, quia flevit : & in perpetuum duravit, quippe ignis Græ- cus, quem efformavit oculus : aqua elicitus, & inextinguibilis : quoniam instructus à la- chrymis : equidem quo incenditur, non extinguitur : imò pectoris in amore cresce- bat flamma, ubi copiosior lachrymarum

Tom. III. Lug.

unda. Memoria pungebat, Magdalena plo- rabat : ut flevit, amavit. Lachrymis cepit in multum fletum, unde dilexit multum, quin amoris inextinguibilis cessaret pyras quippe ignis ille fovebatur aqua. Sicine : Vomit fumantis pectoris ignes.

Hesperus, erroris spinis fulsit sculo in occasum. Flevit, aquis lota, facta Lucifer in ortum. Obtabilem Troia ruinam (dicebat Iustin. 31. Histor.) quæ tam feliciter renasceretur. Aptius symbolum ex Seneca in Hippolyt. à v. 746. Stat Magdalena plo- rans, ardens & lucens ;

Qualis est, primas referens tenebras Nunciis noctis, modo lotus undis Hesperus, pulsus iterum tenebris Lucifer idem.

Accessit ad Dominum immunda (inquit Aug- gustin. Homil. 23. in libell. 50. Homil.) ut rediret munda : accessit agra, ut recires san- nus. accessit confessa, ut rediret professa ; id est, tali statu in amoris perfectionem ; quo ne- sciret in mutatione ullam mutabilitatem.

15 At scrutemur de huius sanitaris & munditiæ miracula ; cum dicere quimus, quod Paulanas, cap. 88. de Sparta reginæ Puella, omnium virginum turpissima, mul- tierum verd omnium forma præstantissima. Quare turpissima, & unde formosa ; dixi- mus Tom. 7. D. 8. n. 12. Tautolog. 2. ex He- rodot. In rem leges. Aliud simile refertur ab Æliano, 12. Var. Histor. cap. 1. de quo nos in Ephemer. 1. Februar. n. 7. Fe- da facie erat Aspasia, vel ipsi dicebant spe- cula : accessit columba, quæ applicuit ro- sas ex Gratia corolla, ac statim fœditas oris evanuit : Et Aspasia inter omnes puellas re- ceptâ speciosissimè Dea beneficio pulchritu- dine ; formosissima fuit : atque in tantum gratijs ditata ; ut illius sæculi nullam puel- la secundam haberet, comâ flavâ, capillis- que paulum crispantibus prædita. Facilis apodosis, sed obiter nota gratiam pulchri- tudinis ex rosâ corollæ Virginis-Matris. Modò observa, quid de immunda & lethali- ter agra Magdalene, accessum vias dedi- gnancti, dixit Salvador Simonî : Cides hanc mulierem ? Coram stat, & dicit : Vides ? De gemma Heliotropia, ait Solin. cap. 30. Stel- lis puniceis super spersa (de effectu lapidis est & potestate) radios Solis mutat sangu- neo repercussa : consecrata verd, cum à quo- cumque gestabitur, subtrahit visibus obeto- rum. Idem apud Plinium, lib. 37. cap. 10. addentem : Extra aquam speculi modo So- lem accipit. Iare videnti dicit Christus, an Magdalenam videat ; quum factam Heli-otropium igaorat : equidem lachrymis, stel-

Mancuâ

Iustin. inde Hesperus & Luci- fert

Senec.

August.

Paulina. Quæ est Aspasia.

Æliano

Pulchritudo ani- mæ ex co- spicua- tationis Angust.

Luc. 7. 44.

Solin.

Plin. Heliotro- pij lapil- li proprii- tas.

lis sanguineis frontis, facta invisibilis: & invisibile nequit a vidente videri. Videt non ut est, sed prout cogitat esse, quæ nequam est ut cogitat: igitur hæc illa cum sit; quam cogitat, atque videt præsentem, non est hæc. Immundam & ægram iudicat: quam videt, ignorat. Multum plorat, multum amat. Non videt, quæ instat speculi, Solis radios in se transfudit: & in tanto splendore non vidit oculis visam, propter radorum fulgurantium copiam. Aspexit, sed non distinxit. Erat plena luce, quæ apud illum videbatur obscuritate, qua profectò allucinatur; quippe in obscuritate nihil videtur. Erat sine macula, quam arbitrabatur immundam; & saluti restituta, quam cogitabat ægram. Ploravit, dilexit, & multum; in aqua & extra aquam exprimens Heliotropium, sequens Solem, in quo invenit mundiciam & sanitatem.

Quare si
fuit
Magdalenæ
not

Ovven.
4 Epig.
301.

V. 39.

Quam bene conveniunt contraria flumina flammis!
Ignis peccatum purgat, & unda lavat.
16 Vides hanc mulierem? Quæ tibi videtur? Quæ & qualis? Ægra? Immunda? Neutrum. Plorando, amando, peccata confessa. Non est, qualis præsumis, quæ ægritudine & impuritatem confessa lachrymis. Puri & purificati par est conditio, leg. final. s. 1. de Pupillar. subtit. leg. 5. C. 1. 19. n. 8. Vide Magdalenam, qualem. Non vides, dum vides hanc mulierem; quia nescis purificationis conditionem. Iam habet formam, quæ nec habebat speciem. Cogitas hanc esse, quæ erat in civitate peccatrix? Non est hæc, quia non talis, qualis fuit. Eadem, si tamen eadem: subdit Bernard. n. 4. Neutrum & utrumque videtur: & in utroque nihil visum, quippe neutrum. Tecta sunt peccata: & vanitque in puritatem peccatricis forma, factò prodigio, artifice amore & planctu; quòd Magdalena esset eadem, & non esset ipsa: & in ipsa rursum edificare-

Bernard.
Quomo-
do eadē
& non
ipsa

Zachar.
316.

tur Jerusalem in loco suo in Jerusalem; ut maior splendor libertatis gratia; quippe prius inter catenas infeliciter captiva. In loco suo, ut videretur, qualis reformationis ædificatio: ita enim eminebat gratia ex criminum poenitentia: eadem erat, quæ fuerat ferva: verum tunc non erat ipsa; sed speculum Solis, copia radorum & lachrymis: quæ in sanguineas mox mutavit, dum eclipsam Solis in Calvario vidit.

Sanguis erat lachryma, quas dabat illa, verè.

17 En Petri Magdaleneque lachryma, postquam cognoverunt iacere sub peccati tyrannica servitute, admisi sunt in gratiam, per singularem & amarum poenitentiam. Cum cognovissent excessus,

Ut fierent oculis eruere suos.

Hinc à Salvatore signanter habiti in pretio, speciali honore dignati; ut pateret, quam illi gratæ lachryma: ex poenitentia virtute. In antro ploranti Petro post resurrectionem suam Salvator apparuit, & remissam suam peccatum ostendit; uti cogitat Adrichom. in Jerusalem, n. 219. ut traderet claves, quas promiserat ovilibus, maioris in expressionem virtutis, amoris & dignitatis; ut fierent communia, quæ Salvatori erant propria. Haud minus glorificata Magdalenæ in Salvatoris Ascensione. Tunc Christus discipulos eduxit foras in Bethaniam. In Bethaniam, quorsum? Fortasse (in se Suarius, Tom. 2. in 3. p. D. Thom. q. 58. disp. 5. scilicet. 2. n. 2.) ut familiarem amorem erga Magdalenam ostenderet. Sic fuit, & gratia Salvatoris reversi, qui devierant errore. Ad unguem Claudian. 4. Consul. Honor. à v. 75.

Ansus uterque nefas,
Dissimiles sed morte pares: evadere neutri
Dedecus, aut misti licuit procumbere telis.
Amisâ specie, raptisque insignibus, ambo
In cultus rediere suos: manibusq; revinctis;
Oblati, & vitam veniamque rogant.

Ovid. 1.
Amor. 7.
v. 50.

Idem:
Honorat
gratia
Salvatoris
in se
trium &
Magdalenæ
n. 219.

Luc. 24.
50.
Suar.

Claud.



TAU:

TAUTOLOGIA QUINTA.

Confundantur confusione. Isai. 42. v. 17.

EXPOSITIO LITTERÆ.

ARGUMENTUM præsentis Tautologiæ sparsim tactum est, prout occurrit: igitur sæpepius actum de vera ac superfluitosa religione; ut gloriaretur exultans, cuius Dominus Deus eius, sedens in anima: & confunderetur quicumque adorasset sculptilia.

Heu miseri, qui vana colunt, qui corde sinistro
Religiosa sibi sculpsit simulacra, sumque
Falsorem fugiunt, & que fecere verentur.

Sedula

Ut ait Sedulius 1. Carmin. à v. 37. Religio enim exprimitur cultu, exteriori scilicet, & interiore; venerationem indicante ex animi summissione, ac obsequio plausibili, oratione & adoratione: hæc namque, etiam pectore agi quit; pro exteriori actione frequenter sumitur; ut per illam quid si cordi demonstretur. Laurentius Valla, 5. Elegant. cap. 11. contra Priscian. ait: Adorare ab Oro, quod est, Ore pretor componitur. Supplicare à Plico, eò quòd genua, popliteque aut cervicem plicamus; cum à potentiore magnum quid precamur: & tamen adorare sine ore, hoc est, sine voce sit, non sine plicatione genuum ac gestu corporis: Supplicare sine plicatione genuum, ac gestu corporis, non sine voce. Hoc sane voluntarium (ni dicas, ludicrum) equidem Tò Ad additum Oro, ex quo Adoro, auxesim indicat, & amplificationem: quasi in adoratione signis palam explicetur, quod oratione interius cor operatur. Perspicuo Virgil. 12. Aneid. v. 930. Ille humilis, supplexque. Humilis, quoad animi conditionem: supplex quoad corporis speciem; quapropter addit: Oculos à extramque precantem protendens: quo ritu adoratio fiebat. Idem lib. 2. v. 687.

Laur. Vall.
Discrimē in
ter adoratio-
nem & sup-
plicationem

Virgil.

At pater Anchises oculos ad sidera latus
Extulit, & caelo palmas cum voce tetendit.

Idem

Iterat lib. 10. v. 667. & 844. (quod decerptit ex Homer. 14. Iliad. v. 95. & 18. v. 300.)
Et duplices cum voce manus ad sidera tendit.

Apuleius de Mando, iustagatur, dicens: Manibus extensis ad caelum. Interdum ritus invenitur in Scriptura. De Iuda dicitur, 2. Mach. 15. 21. Extendens manus in caelum, prodigia facientem Dominum invocavit.

Summa ad-
rationis, ter-
ram scilicet
ri, quòd ste-
rant poten-
tioris pater.
Val. Max.

2 Aliud maxime inter Ethnicos adorationis signum, erat osculum: summissus, si pedum: extremum in huiusmodi cultu, osculari vestigia potentioris, vel telurem quo dominantis steterunt pedes. In Biblijs specimen huiusce projectionis, seu humilitatis. Posset in pulvere os suum, si forte sit spes. Thren. 3. 29. De civibus Ierusalem in obsidione Nabuchodonosor, Isai. 29. 4. Humilaberis, de terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum. Psalm. 71. 9. Inimici eius terram lingent. Denique Daniel, 10. 9. Iacebam consternatus super faciem meam, & vultus meus hærebatur terre. De Luc. Calpurnio Pifone inquit Valer. Maxim. lib. 8. cap. 1. n. 6. Cum prostratus humi, pedes inaicum oscularetur; os cæno replevit. Homet. 6. Iliad. v. 43. Pronus in pulveribus in os. Propert. 3. Eleg. 15. v. 16.

Propert.

Et caput in aura ponere iussit humo.
Satis ergo illustrata sententia: si desiderantur plura; sanè iam acta, Tom. 3. T. 5. à n. 20. & Tom. 5. T. 3. à n. 32. ubi collecta, quæ in argumentum præfens desiderabilia. Unde cum huiusmodi adoratio cum salutatione fiat, inde Salutare pro Adorare usurpatur; uti observat La-Zerda in illud Virgil. 8. Aneid. v. 301.

Virgil.

Salve vera Iovis proles, decus adde Divi.

Ezech. 8.

3 Alij animum supplicem in ipsa adoratione exterius demonstrabat, tenentes ramos in manibus; ut indicatur Ezech. 8. ubi: Ecce applicant ramos ad naves suas: Ex Rabbinis Lyran. Quia dola erant in alto elevata; ideo isti idolatra elevabant ramos ad tangendum ea, & postea applicabant ad naves suas in reverentiam idolorum. Hieronym. ex Sym.

Lyran.

MA: